



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

VI. [i.e. VII.] De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

VI. Qui clerici vel uoventes matrimonium contrahere non possunt.

Quintum vitium est, si clericus, aut qui castitatem uovit, matrimonium trahet. In utroque tamen adhibetur exceptio. Nam clericis, qui sunt in maioribus ordinibus constituti, continentia imperatur, & matrimonium interdicitur: qui vero sunt in minoribus ordinibus positi, recte matrimonium contrahunt. *dist. 27. & 32.* sic tamen, ut non solum in maiores ordines adspirare nequeant, sed si quæ beneficia obtineant, iis priuenter. *de cleric. conjug. c. 1. 3. & pen.* Item solemnis emissio impedit matrimonium contrahendum, ac dirimit contractum: votum autem simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum: tamen, qui matrimonium contrahunt, non dirimitur, si votum simplex irritum, poenitentia tollitur. *c. 3. & sequentibus.*

VI. De eo qui duxit in matrimonium, qui polluit per adulterium.

Sextum vitium est, si quis eam uxorem accipiat, cum qua adulterium commisit. Hoc casu matrimonium iure civili irritum non valet. *D. de reb. dub. l. Claudius. Nov. 134. cap. 12.* sed iure Pontificio

oniam inter has personas tenet, si modo
contra vitam primæ uxoris machina-
sit, nec prima uxore superstita fidem de
matrimonio contrahendo sibi invicem dede-
rat; quod si horum alterum intervenerit,
matrimonium non valet. *c. 3. & 6.* Quid si
quis vivente legitima uxore aliam duxerit, vel
ante ea sponsalia contraxerit? Aut hæc scie-
bat illum habere uxorem, aut ignorabat: &
ante prima uxore aut ab ejus viro cum quo
contraxit, carnaliter cognita est, aut non.
Si aut fuit ab eo cognita, aut sciebat eum ha-
bere uxorem, matrimonium omnino rescin-
ditur, & ne mortua quidem prima uxore to-
ratur. *c. 4. 5. & ult.* Si vero ignorabat eum
habere uxorem, & cum eo carnaliter se non
conscivit, matrimonium post primæ uxoris
obitum contrahi potest, & antea contractum
non dirimitur. *d. c. ult.* nec fit tori separatio
sine petitionem viri, nisi mulier divortium pe-
tat. *c. 1.*

IIX. De conjugio leproforum.

Septimum vitium est, si leprosi contrahant.
Hic distinctionis gratia notentur sequen-
tes regulæ. I. Leprosi possunt contrahere
sponsalia, & matrimonium. *c. 7.* II. Spon-
salia de futuro, ob supervenientem in alteru-
tro lepram dirimi possunt, nisi carnalis co-
pula secuta sit. *c. ult.* III. Sponsalia de præ-
senti,